

V. Anno 1726. Die 6 Dec. Petroburgi observata est emerfio primi Satell. Jovis per Tub. 20 & dimid. pedum - H. 7. 11'. 18".
 hæc observatio fuit paululum dubia.

Ego hanc Emerfionem Berolini observare non potui. Ut vero tempus Berolinense hujus Emerfionis eruere, hanc viam ingressus sum: Inveni ex observationibus, Emerfionem à me Berolini observatam per Tubum 26 pedum, Anno 1726. D. 27 Nov. anticipasse calculum 5'. 5".

Et Anno 1727. Die 21 Jan. differentiam inter observationem per tubum 18 ped. & calculum fuisse fere eandem, scilicet 5. 0.

Quare suppono, tempore intermedio inter has duas observationes eandem differentiam - 5. 0.
 inter calculum & observationem locum habuisse.

Supputaveram Emerfionem hanc ad meridianum Berolinensem

D. 6 Dec. 6. 8. 28.

Sed propter differentiam observationis à Calculo - 5. 0.

Prodit Emerfio primi Satellitis Berolini - 6. 3. 28.

Ergo differentia meridianorum - 1. 7. 50.

VI. Anno 1726. Die 29 Dec. Petroburgi observata est Emerfio primi Satell. Jovis per Tub. 20 & dimid. pedum exacte H. 7. 15. 36.

per Tubum 15 pedum exacte - 7. 15. 48.

Calculus eam dedit Berolini - 6. 12. 42.

Sed Calculo sunt subtrahenda - 5. 0.

Ergo Emerfio Berolini accidit - 6. 7. 42.

Medium inter utramque observationem Petrob. 7. 15. 42.

Quare differentia meridianorum est - 1. 8. 10.

VII. Anno 1728. Die 18 Februarii observata est Emerfio Petroburgi, per Tubum 15 pedum - H. 5. 28'. 20".

Crepusculo admodum claro.

Ego eam propter lucem diurnam observare non potui, Calculus vero ad merid. Berolin. mihi eam dedit - 4. 24. 15.

Die 16 Febr. vesp. observatio anticipavit calculum 4. 32.

Et die 25 Febr. - 4. 7.

Ergo anticipavit Die 18 Febr. - 4. 27.

Et